




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-169663-p0001-8

DFG



*222*  
DISSERTATIO IN AVGURALIS IVRIDICA

DE

*Am 28. num 33.*

TRADITIONE DEBITORIS  
AD MANVS CREDITORIS *15 1746, 3*

VVLGO  
Von Gebung des Schuldner's an des  
Glaubigers Hand und Halsster

QVAM  
SVB PRAESIDIO

IO. RVDOLPHI ENGAVII D.

IVRIVM P. P. O. CVRIAE PROVINCIALIS FACVLTATIS IVRIDICAB  
ET SCABINORVM COLLEGII ASSESSORIS

PATRONI ET PRAECEPTORIS SVI PIE COLENDI

PRO GRADV DOCTVRAE

AD D. XXVI. MART. A. R. S. M DCC XXXXVI.

H. L. Q. C.

ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIT

A V C T O R

WILHELMVS ERNESTVS SONNESCHMID

IVRIVM PRACTICVS.




IENAE LITTERIS SCHILLIANIS

(6-)







Q. D. B. V.



§ I.

e antiquitate moris illius germanici\*, quo unusquisque, qui aeris alieno, quod factio suo, uel licito uel illicito, contraxit, uix soluendo est, in seruitutem creditoris sui addicitur ad tempus usque solutionis plene factae\*\*, nemo dubitat facile.

*Ex more  
illo,  
quo debi-  
to*

\* Itaque de seruitute debitorum apud exteras gentes, speciatim de iure scandi uel etiam trans Tyberim peregre uenundandi debitores, Romanis probato, itidem de differentia, quae inter addictos et ser-

uos intercedebat, differe-re nec lubet nec licet. Ea sciscitaturus perlegat HEI-NECCI antiquitates Roma-nas IVGLERI pr. de sectio-ne debitorum apud Romanos, NEVHAUS d. ad L. Petilliam de obaceratis debitoribus.

A

\*\* GOT-

\*\* GOTTLIEB VOIGT,  
subpraefecti quondam  
Dornburgensis, libellus de  
addictione ad manus praesertim  
Saxonica, Ien. MDCCXXIV.  
in lucem editus, postea uero,  
fraude bibliopolae, ex-  
emplaria non uendibilia di-  
strahere cupientis, hoc ti-  
tulo: *Commentatio Iuris Ger-  
manico-Sax. DE ADDICTI-  
ONE AD MANVS, seu, von der*

*Gebung an Hand und Halster,*  
*ex historia et antiquitatibus*  
*eruta, nec non obseruationi-*  
*bus practicis et indice instru-*  
*ta, Ien. MDCCXXXVII. or-*  
*natus est. Vnde fallunt et*  
*falluntur C. N. A. I. cum*  
*Ill. P. qui sub nouo titulo*  
*nouum librum latere, hunc-*  
*que a spectatissimo huius*  
*disputationis praefide con-*  
*ditum esse tradunt.*

## §. II.

*Etenim cautum legimus in CAROLI M.  
uel  
criminali CAPITULATIONE DE PARTIBVS SA-  
XONIAE \*.- si nobilis fuerit, solidos LX,  
si ingenuus XXX, si litus XV. Si uero non  
babuerint, unde praesentialiter persoluant, ad  
ecclesiae seruitium donentur, usque dum ipsi so-  
lidi soluuntur, atque in LEGIBVS BAIUVA-  
RIORVM \*\*: - Si non habet (ille, qui Episco-  
pum occidit) tantam pecuniam, se ipsum et  
uxorem et filios tradat ad ecclesiam illam in  
seruitium, usque dum se redimere poscit; iti-  
dem \*\*\*: si uero non habet, ipse se in serui-  
tio*

633 ) o ( 633

3

tio deprimat, et per singulos menses uel annos  
quantum lucrare quieuerit, persoluat, cui deli-  
quit, donec debitum uniuersum restituat.

\* c. 20.

\*\* tit. I. c. XI. §. 1.

\*\*\* tit. II. c. I. §. 5.

### §. III.

Sic quoque debitores ob ciuale debitum,  
tam ui legis, quam ui pacti cum creditore ini-  
ti, in huius seruitutem sunt detruisi. Hoc te-  
statur illa formula MARCVLFI\*: *Quodsi ex  
inde negligens aut tardus adparuero: licen-  
tiam habeatis, sicut et ceteros seruientes ue-  
stros, disciplinam corporalem imponere;* illud  
uero satis innuunt LEGES WISIGOTHO-  
RVM \*\* ita disponentes: *Quodsi, quibus re-  
nis uel debtor manet, uno eodemque tempore  
contra eum agere ceperint, secundum QVAN-  
TITATEM DEBITI VEL REATVS, aut red-  
dere omnibus, aut omnibus addicendus est ser-  
uiturus.*

\* lib. II. c. 27. ap. BALV-  
ZIVM To. II. p. 421.

\*\* lib. V. tit. 6. leg. 5.

### A 2

### §. IV.

## §. IV.

*reddeba-  
tur  
seruus,*

Vnde discimus (1) olim de debitore nobili et ingenuo idem, ac de debitore lito, statutum fuisse, hoc scilicet, (2) ut, qui uel mulctae ob crimen commissum sibi irrogatae uel pecuniae ex contractu debitae, soluendae impar esset, (3) mox solus mox una cum uxore filiusque suis seruituti creditoris sui addiceretur, addictusque (4) a seruitio prius quam aes alienum, uel cessione lucri singulis annis aut mensibus quaesiti uel alia ratione, omnino dissolutum esset, non liberaretur.

## §. V.

*nata  
est addi-  
ctio ad  
manus,* Quem morem postea magis cultum esse, uel illa docet debitores creditoribus tradendi ratio, quam plerumque dicunt *addictionem ad manus, die Gebung an Hand und Halfter, die Überantwortung eines Mannes vor Schuld.*

## §. VI.

*non in  
Saxoniam  
solum sed  
et aibi  
probata,  
qua* Haec, quae non solum in utroque speculo, Saxonico\* et Sueuico\*\*, Weichbaldo Magdeburgensi\*\*\*, sed etiam legibus Goslariensibus\* itidem

itidem *Lubecensi* \*\*, *Brunswicensi* \*\*\*,  
*Hamburgensi*\*, *Stadensi*\*\*, *Buxtehudano*\*\*\*,  
*Verdensi*\*, *Bremensi*\*\*, immo ciuitatum *Haf-*  
*niae et Helsingorae* \*\*\* statutariis iuribus\*  
fundata est, describitur actus, quo iudex de-  
bitorem sat excussum creditori suo dat pignori,  
ad plenam usque debiti solutionem.

\* lib. III. art. 39.

\*\* cap. 130. ed. MEICHSN.

\*\*\* art. 27.

\* tit. *Vmme Schuld* §. 83.  
85. 86. 87.

\*\* Vid. (a) *Iustitia Lubeci-*  
*censis ab Hinrico Leone D. Sa-*  
*xoniae et Nordalbingiae ciui-*  
*tati Lubecae A. MCLVIII.*  
*data, ab Imperatoribus Frie-*  
*derico I. A. MCLXXXVII.*  
*et Friederico II. A. MCCXXVI.*  
*confirmata, quam e tribus*  
*codicibus membranaceis et*  
*autographis, quoad ordi-*  
*nem et argumenta inuicem*  
*ad uerbum consonantibus,*  
*desumtam edidit Ill. ERNE-*  
*STVS IOACHIMVS de WEST-*  
*PHALEN monum. inedit. re-*  
*rum Germanicarum praeci-*

pue Cimbricarum et Megapo-  
lensum To. III. f. 619. seq.  
tit. de eo qui in proprietatem  
datur. (b) *Codex Iuris Lube-*  
*censis antiquissimus, exaratus*  
*A. MCCXL. cap. LXXV.*  
*Quem ex authentico, eoque*  
*membranaceo, qui etiam*  
*nunc adseruatur in cancel-*  
*laria Lubecensi descriptum*  
*et cum Codice eiusdem Iu-*  
*ris uernaculo Curiae Kilo-*  
*nensis membranaceo de A.*  
*MCCCXXXVII. collatum*  
*sistit Dominus de WESTPHAL-*  
*LEN c. l. f. 639. seq.*

\*\*\* *Dat erste Brunswicksche*  
*Stadt-Recht dat van Harti-*  
*gen Otten bewilliget vnde van*  
*Keyser Frederich bestediget ist*  
*A. MCCXXXII, p. I. art. 14.*

A 3

ap.

ap. LEIBNITIVM scriptor.  
Brunsvicensia illuſtr. To. III.  
p. 435.

\* Cod. antiqu. I. Hamburgensis, v. liber ordaliorum  
A. MCCLXX. c. 9. §. 13,  
ap. Dn. de WESTPHALEN  
c. l. To. IV. nr. XXVI. f.  
3011. seq.

\*\* Statuta Stadensia de A.  
MCCLXXXIX. p. VI. art. 12.  
ap. III. SENCKENBERGIVM  
ſelect. iur. et hiftor. To. VI.  
p. 340. et III. FRIDERICVM  
ESAIAM PVFENDORFIVM  
obſeru. iur. app. p. 203.

\*\*\* Buxtehudanam ciuitatem iure Stadensi, tanquam  
recepto, uti, tam certum  
eft, quam quod certiſſimum.

\* Statuta Verdensia stat. 51.  
52. ap. celeb. FRIEDR.

ESAIAM PVFENDORFIVM  
obſeru. iur. uniu., app. p. 96.

\*\* Bremensia Statuta de A.  
MCCCCXXXIII. cum Co-  
dice illo antiquissimo Iuris  
Hamburgensis, hoc capite  
conuenire, atque in OET-  
KENII Corpore conſtitutionum  
Oldenburgenſium p. IV. pag.  
284. deprehendi, testatur  
Dn. de WESTPHALEN c. l.  
To. IV. p. 2083. 3011.

\*\*\* §. 30. ap. Dn. de  
WESTPHALEN To. IV. f.  
2020.

\* Itaque a ueritate aber-  
rant VOIGT de addictione ad  
manus Saxonica, et HERM.  
HENR. ENGELBRECHT ex-  
ercit. in Instit. Imper. lib. 1. tit.  
3. th. 3. not. 1. quorum ille  
addictionem nostram Iuri  
Saxonico, hic uero Iuri Lu-  
becensi propriam uenditat.

## §. VII.

*debitor  
excusus*, (§. pr.). Iam quum excusus audiat ille, qui  
uel nulla plane uel illa tantum bona habet, quae,  
ad

ad ultimum usque obulum ademta, uix satis-  
faciunt creditoris: sequitur, ut (1) qui stipem  
ostiatim colligit, quique bonis, quae eiurauit,  
cessit fideliter, neutiquam uero, (2) qui fide-  
iuissores nondum excusos, aut hereditatem,  
aut pignora \* aut nomina, in alieno licet terri-  
torio, habet, creditori suo queat addici;  
(3) ut ubi excusio uel iure uel facto nulla,  
locum sibi nondum uindicet addictio. Itaque  
qui aliquid sub conditione debet, hac penden-  
te tutus est a traditione sui ad manus creditoris.

\* STAT. VERDENS. und bedde he ok kein ERVE  
SI. Fünde men averft so vele oder GVT, man schall ohme  
PANDE in den weren nicht, den Man averantworten.

### §. VIII.

Sic quoque ab addictione liber est, qui  
dat fideiuissores, olim salburgiorum, madiorum <sup>nisi</sup>  
nomine uocatos. In quo omnia fere conueni-  
unt §. V. denominata iura. Etenim IVRE  
PROVINCIALI SAXONICO \* haec  
leguntur: *Wer da Schulde fordert vor Gerich-  
te auf einen Mann, der nicht gelden mach,  
noch BÜRGEN SETZEN, der Richter soll ihn  
dem*

dem Mann antworten für das Geld, et  
WEICHB. MAGD. \*\* sequentia occurunt: Hat  
er aber kein eigen nicht, so MVS ER BÜRGEN  
SETZEN, hat er der auch nicht, man antwor-  
tet ihn ienem bey der Hand. Quocum concor-  
dant CODEX IVR. HAMB. \*\*\* et Statuta  
STADENSIA\*. Haec enim ita disponunt:  
*So we Scult vordheret uppe enemen Man de  
nicht gheden ne mach. NOCH BORGHEN  
SETTEN umme dhe Scult. De Voghet scal  
ome den Man antworden vor sin Gelt.* et in illo,  
quae iam sequuntur, legimus: *So mo Schuld  
vorderet uppe enen Mann de nicht gelden mach,*  
NOCH BORGHEN SETTEN, und bekennet he  
der Schuld, *de Voghet schall eme den Man ant-  
worden vor sin Geld.* Porro STATVTA  
VERDENSIA his utuntur uerbis\*\*: *So we  
Schuld fordert up einen Man, de nicht gelden  
mag, NOCH BORGEN SETTEN umme de  
Schuld, dem schall de Radt den Man antworden,*  
*vor sin Geld.* A quibus minime recedit IVS  
PROVINCIALE ALEMANNICVM\*\*\*,  
ita statuens: *wer einen beklagt vor gericht  
umb*

umb gelt, und er nicht vergelten mag, NOCH  
BÜRGEN GEHABEN MAG \*, der Richter soll  
den Mann dem Kläger für seine Gülte geben  
und antworten.

\* lib. III. a. 39.

\*\* art. 27. §. 4.

\*\*\* c. IX. §. 13.

\* p. VI. art. 12.

\*\* Stat. 52.

\*\*\* c. 130. ap. MEICH-

\* Quae tamen uerba in  
Codice illo MSto, quem  
cum Meichsneriana editione  
contulit IO. AVG. a BER-  
GER, tit: *wen man umb gelt*  
*vächt, uix deprehenduntur.*

N.E.R.

### §. IX.

Licet feminarum immunitas ab addic-  
tione, *speculo tam Saxonico quam Sueuico*, <sup>sexus</sup>  
*Weichbido Magdeburgensi, Iure Lubecensi,* <sup>fit femi-</sup>  
*Brunswicensi atque legibus Goslariensibus*, qui-  
bus locutiones indefinitae: *Man, eyn, Si quis &c.*  
occurrunt, quodammodo dubia, tamen *Iure*  
*Hamburgensi, Bremensi, Stadeni et Buxte-  
hudano certa est, quippe quibus in statutis cre-  
ditori sola potestas uestem superiorem debitrici  
suae detrahendi vindicatur \**

\* Haec enim in COD. NENE VROVWE TO PAN-  
IVR. A.N.T. HAMBVRG. DE GEVEN vor Geld, de nicht  
legimus: men ne schall ock gelden mag, men mer overle-  
vet

B

vet deme Manne ere overste nicht ghelden ne mach. mer  
Cled to allen Tyden, wende he  
sin Geld heuet. Quibuscum  
praeter Statuta STADEN-  
SIA, ita sonantia: *Men ne  
seal oc NENE VROWEN TO  
PANDE GHEVEN Gelt.* de

## §. X.

*licet cedat  
bonis,*

Contra bonorum cessio, me quidem iu-  
dice, debitori uix prodest ad addictionem a-  
se auertendam, facta sit ignominioso illo, quo  
obaeratus nates denudatos ad lapidem aliquo-  
ties percutit, et haec: *cedo bonis*, palam pro-  
clamat \*, aut alio modo. Nunquam enim ple-  
ne soluit.

\* GERDES tr. de *decoctoribus* p. 78.

*creditori*

## §. XI.

Creditoris quidem dignitas, sexus, uel  
alia qualitas rem alterat minime; illud tamen  
certum est, quod extraneus prius, quam secum  
deducat debitorem sibi addictum, de eo ad  
instar familiae alendo, nec offendendo, sed  
sta-

statim a satisfactione praesita restituendo, per  
fideiussores cauere debeat legitime. Verba enim  
**WEICHBILDI MAGDEBURGICI \***  
haec sunt: *Ist er denn ein Gast, dem er ge-  
antwortet wird, er soll ihn mit ihm führen,  
ob er ihn nicht behalten mag binnen Weichbild,  
er muss aber Bürgen setzen, dass er ihn ohn-  
verderbt (an seinem Leib, oder an seiner Ge-  
sundheit) wieder antworten wolle. Hat er  
aber den Bürgen nicht, er soll ihn lassen bin-  
nen dem Weichbild in des Richters Hauss &c.*

\* art. 27. §. 4.

### §. XII.

Debitorem, quem satis excussum et debi- *datur pi-*  
to soluendo imparem cognouit iudex, credi- *gnori*  
tori hoc petenti tradit pignori \*. Creditor  
autem neque ipse illum sibi addicere potest \*\*,  
neque sibi addictum inuitus recipere tenetur.

\* Etenim cautum est LL. ANTWORDEN, et §. 87.  
GOSLARIENSIBVS cit. *wert eyn eyneme geantwortet*  
tit. §. 83. *men sicall dene mit gerichte vor schult &c.*  
davore DEME KLEGERE *Jure antiquo HAMBVR-*  
GEN-

GENSI c. IX. §. 13. vnd  
bekennet he der Schuld, DE  
VOGHET SCHALL EME  
DEN MAN ANTWORDEN  
vor sin geld.

\*\* I. P. S. lib. III. art. 39.  
so iſt er immer SEIN PFAND  
vor das Geld. Dat BRVN-  
SWICKSCHE STADT-  
RECHT c. I. - - be  
mot eue wol bringen AN  
SINE WERE, etc. Ea-

dem fere in Statutis HAM-  
BVRGENSIBVS, STA-  
DENSIBVS et BRE-  
MENSIBVS legere potes.

Vnde constabit de ratione  
denominationis *Handhabend*  
*Pfand*, huiusque differen-  
tia a *Küsten*- et *Vntey*-*Pfand*,  
itidem de significatu illius  
phraseos: *er muß Bürgen*  
*setzen*, oder *selbst* *Bürge*  
*werden*.

### §. XIII.

Vnde unusquisque, qui probe perpendit,  
pignoris germanici naturam eam esse, ut cre-  
ditor rei uel personae pignori datae fiat do-  
minus, reuocabilis licet, perspiciet facile  
causam (1) cur penes creditorem sit, uelit ipse  
iure suo pignoratatio uti an hoc aliis cedere;  
(2) cur creditori, illius heredibus uel cessio-  
nariis, ut reddituum ex operis debitoris addicti  
quaerendorum rationes redderent, atque fru-  
ctus usurarum modum excedentes in fortē  
imputarent, nullibi iniunctum, (3) ubique  
ta-

tamen potestas persona debitoris abutendi,  
speciatim ea, quae debitoris sanitati nocent \*,  
illique spem libertatem recuperandi dubiam  
reddunt, efficiendi ademta fuerit.

\* COD. HAMB. unde 52. den mag be holden und  
den schall be holden VNVOR- bewahren gelick einem ge-  
DERFF, STADENSIA fangenen ENNE VNVOR-  
STATVTA §. 12. unde DERFFT AN SINER SVND-  
den scall be holden VNVER- HEIT.  
DERFT. VERDENS. art.

#### §. XIV.

Sic creditor debitorem sibi pignori da-  
tum neque in loco foetido, nimis humido  
aut alio sanitati nociuo \* custodire, neque  
prout lubet, cruciare, de fuga tamen suspe-  
ctum compedibus detinere potest \*\*. Porro  
illum quod ad operas et alimenta gasindum  
habere \*\*\*, atque ut ab amicis suis salutetur \*,  
permittere tenetur.

\* LL. GOSLAR. §. 85. Schall be nicht settēn up eyne  
nicht to kolde, noch to war- gangb, eder sminekoven, dar  
me, noch to nate schall be ome id stincke, ome do lastere, in  
setten. et §. 87. - - depe ne reyne stede schall be one settēn.

B 3

\*\* I.P.S.

\*\* I. P. S. lib. III. art. 39.

Will er ihn dann spannen mit einer Halden oder mit einem Fessel, das mag er thun, anders soll er ihn aber nicht peinigen. WEICHB. MAGD. art. 27. mit solcher Haffte, dass er ihm nicht entlauffe, mit einem Fesser mag er ihn wohl spannen, anders soll er ihn keine Pein anlegen. SPEC. SVEV. loco supra citato: wolt aber er in einschissen an ain eysen pant, das mag er auch wol tun, und anders sol er in nicht pinden. COD. I. LVBEC. cap. LXXV. ap. Dn. de WESTPHALEN To. III. f. 648. - - be schal ene achter waren sekerlike, unde spannen ene ofte he wil, also dat he ene nicht ne vardervehe. COD. HAMB. will he eine ock spannen mit ener helden, dat mach he wol don, anders schall he eine nicht pyngien. STAD. STAT. wil he oc ene spannen mit ener helden, dat mach he wol don, anders ne scall he

enen nicht pinen. IVSTIT. LVBEC. p. 629. Sed si per fugam elabi molitus fuerit, ut uinculis mancipetur, lex ciuitatis non prohibet. STAT. VERD. - - den mag be holden und bewahren gelik einem gefangenem. LL. GOSLAR. §. 85. mit eyner helden mach he dene spannen.

\*\*\* I. P. S. c.l. -- den soll er halten gleich seinem Gesinde mit Speiß und mit Arbeit. WEICHB. MAGDEB. c. l. er soll ihm halten mit Kost und mit Arbeit, gleich seinem Gesinde. SPEC. SVEV. art. supra citato: - - den soll er behalten gleich seinem hausgesind mit speyß vnd auch mit arbait. COD. IVR. LVBEC. c.l. - - den schal men in spise holden alſe en gesinde - - - schal oc fines herren werk don. LL. GOSLAR. c. l. dene schall he holden MIT SPYSE GELICK SYNEM GESINDE. COD. HAMB. c. l. unde den scall he holden - - - MIT SPYSE GELYK

GELYK SINEME SYNDE,  
STADENS. den scal he  
bolden - - - MIT SPYSE  
GHELÜC SINEME GE SIN-  
DE. DAT BRVN-  
SWICKSCHE STADT-  
RECHT c. l. he sol eme  
aljodane spise gheven ALSE  
SIME INGHESINDE.  
\* LL. GOSLAR. §. 87.

to ome wel gan, des schall be  
staden: Ne were be dar nicht  
to bus, sin wiff eder sin ge-  
finde scholden des staden;  
weygerde men des, so scholde  
men dat eschen mit gerichte,  
weygerde men des denne, so  
moeste men darumme wedden,  
unde boten, also dicke alse men  
des weygerde.

manne och syner vründe welck

### §. XV.

Desinit autem debitor pignoris loco esse,  
statim atque debitum solutione aliaue ratione  
extinctum aut a creditore remissum esse pro-  
bavit, siat hoc quo uelit tempore; neutiquam  
uero ubi fugam capessit \* aut ad tempus di-  
missus est.

*ad ex-  
tinctum  
usque de-  
bitum.*

\* I. PROV. SAX. c. l. *Geld. WEICHB. Entläuft*  
*Läßt er ihn losgeben, oder* er ihm aber mieder, ebe er ihm  
*entläuft er ihm sonst, damit* das Geld vergolten hat, er soll  
*ist er des Geldes nicht ledig,* ihn aufhalten, wo er ihn an-  
*dieweil er ihm nicht vergolten* kommt. SPEC. SVEV. läut  
*hat, und die Bezahlung auch* er in oder entringt er im da-  
*nicht vollbringen kan, so ist* mit ist er nicht ledig des geltes  
*er immer sein Pfand vor das* alldieweil er im nicht vergol-  
ten

ten hat so sol er im dienen als sein hausgesind. LL. GOSLAR. §. 85. unlopt he darmede he ne wert der schult nicht ledig. COD. ANT. IVR. HAMBVRG. let he ene ock gan mit willen, dat he eme Dachgiffit, ofte entlopt he eme funder sinen willen, darmede is he nicht ledich, denyle he ene nicht Geld, so is he unner sin Pand vor sin geld. STAD. STADENS.

let he ene oc ghan mit willen, dat he ome Dach gift, ofte unlopt he eme funder sinen danck, darmede ne is he nicht ledich aldemile dat he nicht ne ghelt. VERDENS. STAT. 51. let he ohne ock gan mit Willen, oder giftit he ohne tadt, oder entlopt he ohm funder sinen Danck, darmede is he nicht ledig, alle devile he ohne nicht betalt.

### §. XVI.

*Num debitoris aut fideiussoris heres dari queat pignori?* Quae de debitore diximus, etiam de fideiussore, neutquam uero de debitoris uel fideiussoris heredibus, dicta uolumus, siquidem obligatio ad labores pariter ac ad carcerem personalis, itaque ad heredes uix transitoria est. Accedit quod heres ultra uires hereditatis teneatur minime \*.

\* Spec. Sax. lib. I. art. 6. NER. c. 258. ed. GOLDAST.  
Sueu. c. 256. ed. MEICHS- et p. 19. coll. BERGER,

### §. XVII.

*Quae debitores creditoris* Ex quo pignoris Germanici natura alterata et addictio nostra poenis annumerata est, ce-

*bus tra-  
dendi ra-  
tio,*

ceperunt Dd. de personis debitorum, credito-  
ribus tradendorum, de lucro ex addic*ti* debi-  
toris operis quaerendo, et de termino,  
ad quem usque duret addic*ti*o, disputare,  
credite*re*s uero de debitorum segnitie, atque  
debitore*s* de creditorum duritie conqueri.  
Sic larga taediorum damnorumque, quaestus  
uero minima, seges subnata est \*, quae credi-  
tores a petenda debtoris addictione saepe  
deterruit. Quare, ut ne hoc malitioso prodi-  
asset decoctori, alibi carcer publicus, cui  
uitiosus debtor includeretur, exstructus, ali-  
bi uero sub certis legibus retenta est debitores  
creditoribus addicendi ratio.

\* Ill. HOFFMANN d. de toribus obaeratis imponendae.  
*injustia poenae capitalis debi-*

### §. XVIII.

Sic morem, debitorem creditor*i* suo traden- *Iur. Sax.*  
di pignori, sustulit AVGVSTVS El. Saxoniae\*, in il- *Electorali,*  
lius locum surrogato carcere obaeratorum  
publico \*\*.

C

\* p. II.

\* p. II. const. 22. §. Vnd nachdem wir, ubi haec legimus: So wollen wir auch derwegen die Verfebung und disposition der Sächsischen Rechte, nemlichen, daß der Schuldner dem Glaubiger an die Hand oder Halffter gegeben werden soll, gäntzlich abgethan, abrogirt und aufgebohen haben.

\*\* Cur describendo carceri obaeratorum publico, qui placuit AVGVSTO El., atque ORDINATIONE TOR-

### §. XIX.

*Lunenburgi,* Similiter carcerem obaeratorum publicum probauit, atque proinde morem debitores ad manus creditorum tradendi abrogauit, ius statutarium LVNEBURGENSE ita disponens: \* Dagegen wollen wir die bisshero allbie üblich gewesene Verfebung der Sächsischen Rechte, nemlich, dass der Schuldner dem Gläubiger durch unsere Gerichts-Befehlhabere an die Hand oder Halffter geliefert und

und überantwortet worden, solche Schuld abzudienen, und abzuarbeiten, gäntzlich abgethan und aufgehebet haben.

\* LVNEBURG. STADT-RECHT p. II. tit. 13. §. dazwieder p. m. 44.

### §. XX.

Traditionem debitoris ad manus creditoris in Ducatu ALTBURGENSI olim probatam \*, processus Ordinatio reuifa \*\* fecit in desuetudinem abire. Haec enim in illius locum substituit carcerem obaeratorum publicum. Quia uero ab Ernestina dispositione, si phrases: *traditio ad manus, Über gab des Schuldners an des Glaubigers Hand und Halfter* excepferis, parum recedebat, non poterat non sibi ipsa contrariari, et disputationibus ansam praebere uariis \*\*\*. Quibus tandem nouissima finem imposuit processus ordinatio \*.

*Altenbur-  
genfi et*

\* Gerichts - und Proceß-  
Ordnung H. Ernst's zu Sach-  
sen vom Iahr 1670. p. I. c. 20.

\*\* F. S. Altenb. Gerichts-  
und Proceß-Ordnung vom Iahr  
1704. p. I. c. 20.

\*\*\* Sic enim disponitur  
§. 7. Wenn aber der Schuld-  
ner durch eingehobltes Vrthel  
zum Schuldturm condem-  
niret, SOILL DEM CREDI-  
TORI FREY STEHEN, OB  
ER SICH DES DEBITORIS  
ARBEIT GEBRAVCHEN,  
VND IHM DIE SCHULD  
ABVERDIENEN, ODER,  
OB ER IHN VIELMEHR  
MIT DER ARBEIT VER-  
SCHONEN, VND HINGE-  
GEN IN KETTEN VND  
BANDEN HALTEN, oder

ob er ihn gar in der Obrigkeit  
Verwahrrung bringen, und  
die Schuld also abfzten lassen  
möchte. §. 8. Dieweil das SACH-  
SEN-RECHT hierinn klare  
Masse gibt, daß der creditor  
den debitorem mit Kost ver-  
seben müsse etc. §. 12. Vnd  
über diese DER GEMEINEN  
SAECHS. RECHTE VERSE-  
HUNG und disposition etc.  
§. 13. -- gnugsame caution  
bestellet, daß er mit dem  
ihm AVSSER LANDS zum  
Schuldturm condemnirten  
debitore NICHT TYRAN-  
NISCH gebären wolle.

\* F. S. Altenb. neu - erläu-  
terte Gerichts - und Proceß-  
Ordnung p. I. c. 39.

## §. XXI.

Eandem IVRE HAMBVRGENSI nouio-  
ri abrogatam esse, quis est, qui dubitet?  
quum in hoc nulla fiat illius mentio, sed ad  
creditoris arbitrium conferatur, num hoc, ut  
car-

*Ham-  
burgensi  
abrogata,  
contra*

carceri includatur, an illud, ut iuramentum paupertatis praestet debitor, petere uelit\*. Illud tamen, quin simul adducam nequeo, quod debitor (a) carcere attentus \*\* non solum alimentorum loco schillingum Lubecensem quotidie a creditore suo petere, sed et mille marcas Lubecenses quotannis de sorte demi-nuere \*\*\* possit; et (b) ille, qui iurauit, ad illud usque tempus, quo uel ueram uel fictam creditori suo praestitit solutionem, oppidanum deuitare debeat territorium \*.

\* Der Stadt Hamburg Ge-  
richts-Ordnung und Statuta  
p. I. tit. 41. §. 11. 13.

\*\* Ibid. §. 11.  
\*\*\* Ibid. §. 12.  
\* Ibid. §. 13.

## §. XXII.

Econtrario legibus ISENACENSIBVS\*, alibi con-  
GOTHANIS \*\* et SCHWARZBURGICIS \*\*\*, firmata  
et idem iure statutario LVBECENSI\* pariter  
ac STADENSI \*\* adhuc probatur hodie.  
Quorum iurium de hac re dispositiones, prout

C 3

sci-

scilicet pristino mori conueniunt nec ne, iuuat  
uel strictim uel paulo amplius annotare.

\* *H. Iohann Wilhelms zu Sachsen Gerichts-Proceß- und Executions-Ordnung vom Jahr 1702.* tit. XXIX.

\*\* *Gerichts- und Proceß-Ordnung vom Jahr 1704.* p. I. c. 20.

\*\*\* *Erneuerte Gerichts- und Proceß- Ordnung, vom Jahr 1704.* p. IV. tit. XI. §. 21. 22.

\* lib. I. tit. 3. art. 1.

\*\* V. Statuta cum anti-quioribus ad uerbum con-

uenientia lib. VI. c. 12. *Der Stadt Stade Gerichts-Ordnung vom Jahr 1606.* tit. 24. §. II. ubi haec legimus - - zu bitten, daß ihm der Schuldner an die Hand gewiesen, und er solche Schuld mit Arbeit ihm - - - abverdienet müsse. Ad quam dispositionem hodie in pronunciando attendi luculenter docuit Cel. FRIEDERICVS ESAIAS PVENDORFIVS obseruat. 120.

### §. XXIII.

*Debi-  
tor excus-  
sus, qui* soluendo est, ad manus creditoris sui traditur \*\*, si uel maxime bonis cedere uelit \*\*\*. Debitum, cui soluendo impar est, ex mutuo, locatione conductione \*, gesta tutela \*\*, ex iniuriis realibus \*\*\* aut aliunde prouenerit, perinde est.

\* Sat

\* Sat excussus uero I.  
ISENACENSI et GOTHA-  
NO dicitur ille, qui sub iu-  
dice domicilii, coram quo  
conuentus est, ea uix pos-  
fidet bona, in quae pro-  
quantitate debiti fieri que-  
at executio.

\*\* F. GOTHAISCHE GE-  
RICHTS-VND PROCESS-  
ORDNVNG p. I. c. 20. §. 1.  
*Wofern ein Schuldner, wel-  
cher zur Befriedigung des  
Glaubigers keine Mittel noch  
Anstalt mache, auch VNTER  
DEN GERICHTEN, VN-  
TER WELCHEN ER GE-  
SESEN, VND ZVGLEICH  
AVSGEKLAGET WORDEN  
KEINE GÜTER HAETTE,  
darein die Hülfe nach pro-  
portion der ausgeklagten  
Schulden, gethan werden  
möchte, - - - derselbige mag  
auf Anhälften des Glaubigers,  
nach Sachsen-Recht ihm, dem  
Glaubiger, dergestalt an die  
Hand gegeben werden etc.  
Quacum de uerbo ad uer-  
bum conuenit EISENACH.  
GERICHTS-PROCESS-VND*

EXECUTIONS-ORDN. c. I.  
§. 1. Sie quoque GRAEFL.  
SCHWARTZEVRC. ER-  
NEVERTE GERICHTS-  
VND PROCESS - ORD-  
NVNG c. I. §. 2f. ita dispo-  
nit: *Wann aber ein Schuld-  
ner GAENTZLICH AVSGE-  
KLAGET WAER, VND  
WEITER NICHTS IN VER-  
MOEGEN HAETTE, woher  
die Zahlung zu nehmen, so  
 soll etc. Eo etiam tendit  
praciudicium a COLERO  
de proc. exec. p. I. c. 6. nr.  
139. allatum, quod h. t. est:  
Wenn, nach geschebener Hül-  
fe zu den Gütern, der Glaubi-  
ger nicht bezahlet wird, mag  
er in den übrigen, was zu vol-  
ler Bezahlung mangelt, sich  
an des debitorn Person, wie  
Recht halten, damit nach  
Sachsen Recht zu gebaren.*

\*\*\* F. S. Goth. P. O. c. I. §. 10.  
F. S. Eisenach. Gerichts- Pro-  
cess- und Executions-Ordnung  
c. I. §. 10. COLER. proc. exec.  
p. I. c. 6. nr. 125. BERLICH.  
p. II. concl. 28. nr. 25. LYN-  
CKER. tcf. 304. p. 484. nisi  
cre-

creditor hac bonorum ces-  
sione contentus esse uelit.

I. LVB. lib. 1. tit. 3. art. 1.

*Wann einer sein Gut auftra-  
gen, und bonis cediren will,  
vor Schulden, die ihm mit  
Recht abgemahnet worden, so  
mag der Kläger und Glaubi-  
ger sich des bedencken, bis zum  
nehesten Gerichte, ob er sich  
will an das Gut halten, oder*

aber auch die Person zu eigen  
annehmen.

\* CHRIST, PHIL. RICH-  
TERI tr. de iure et priuile-  
giis creditorum c. 1. nr. 73.

\*\* LYNCKERI resol. 272.

\*\*\* Id quod illustrat illa  
Scabinorum Lipsiensium  
sententia, quam in medium  
protulit VOIGT c. tr. c. VI.  
§. 3.

## §. XXIV.

*neque in  
digni-  
tate con-  
stitutus*

Sunt, qui illustres, nobiles, Doctores immo-  
nnes in dignitate quadam constitutos immu-  
nitate ab addictione antiquitus gausos esse sta-  
tuunt \*, tamen sententiam suam neque lege fir-  
mant, neque ratione sufficiente. Certe leges  
germanorum antiquae, quotquot perlustrare  
mihi obtigit, indefinite loquuntur, debitores  
in dignitate constitutos ab aliis obaeratis plane  
non distinguentes \*\*. Et quis ex uerbis illis:  
*gleich seinem Gesinde*, quippe quae traditorum  
laborem et alimenta, minime uero tradendo-

rum

rum statum determinant, immunitatem ab addictione ad manus creditoris nobilibus aliisue dignitate conspicuis debitoribus concessam esse, iure colligeret? Iure tamen ISENACENSI \*\*\* et GOTHANO \* iudex nonnisi debitores uilioris conditionis ad creditorum tradere manus iubetur.

\* CARPZOV. p. II. const. \*\*\* P.O.loco mox citatio  
22. def. 18. BERLICH. p. II. do §. II.  
concl. 28. nr. 38. FACHSIVS \* P.O.loco mox citando  
lib. I. diff. 85. seq. §. II.  
\*\* LYNCKER. ref. 272.

### §. XXV.

Debitrix ad manus creditoris tradi ne-  
quit\*. Huic tamen iure LVBECENSI \*\*, et  
STADENSI \*\*\* licitum est, superiorem uestem  
illi detrahere.

\* EISENACH.GERICHTS-  
PROCESS - VND EXECU-  
TIONS - ORDNUNG c. I.  
§. II. GOTHAISHE GE-  
RICHTS - VND PROCESS-  
ORDNVNG p. I. c. 20. §. II.  
IUS LVBECE. lib. I. tit. 3.  
art. I. Hiermit ist aber ver-  
boten, Frauens - Personen de-  
nen creditoren an die Hand  
zu geben, die nicht bezahlen  
können. STAT. STADENS.  
VI, 12, Man soll aber keine  
Frau vor Geld zu Pfande geben.  
D                                   \*\* c. I.

\*\* c. l. *Doch mag der creditor zu allen Zeiten, wenn er sie betrifft, iHR DAS OBERSTE KLEID ABNEHMEN, biß so lang sie bezahlet hat.*

\*\*\* c. l. *IHR BESTES OBER-KLEID aber ist dem MANN ERLAVBT, biß daß der creditor das seine erlangt.*

### §. XXVI.

*neque iniuria temporis deparatus eff,* Iure ISENACensi \* , GOTHANO \*\* et SCHWARTZBURGICO \*\*\* addictioni subsunt debitores sua culpa obaerati, utpote qui Veneri , Baccho , otione dediti uitam transegerunt, aut lusu immoderato , amictuue pretioso aes omne dilapidarunt , neutquam uero , qui bello , naufragio , rapina , furto etc. ad incitatas redacti sunt. Hi, qui commiseratione magis quam compedibus digni , cauent tantummodo de solutione creditoribus facienda , si ad pinguiorem fortunam peruerterint.

\* F. S. Eisenachische P. O. c. l. §. 4. 10.  
c. l. §. 4. 10.

\*\*\* Schwartzburgische P. O.

\*\* F. S. Gothaische P. O. §. 22.

*ubi fidei suffores dare, aus*

§. XXVII.  
Neque etiam suo creditori tradendus est de-

debitor, qui dedit\*, aut saltem in eo est, ut daret fideiussores. Hos plerique \*\* nolunt admittere, nisi paratam pecuniam offerant, aut, si eam post aliquod temporis interuallum solutiuri sint, a creditoribus probentur. Tamen ex iure Romano, superhabitibus plane Germanorum moribus legibusque, non antiquis solum (§. VIII.), sed et hodiernis \*\*\*, disputant. Hinc, quin calculum meum iis denegem, me temperare nequeo.

\* Hi prius debent excuti, quam debitor potest addici. Bona enim ratione debiti, pro quo fidem interposuerunt, aggregasse uidentur debitoris facultibus, HERING de fideiussor. c. XVI. nr. 16. seq. MOELLER. p. II. constit. 22. nr. 6. \*\*\* COLER. proc. exec. p. I. c. 6. nr. 136. BERLICH, nr. 62. p. II. concl. 28. nr. 25. seq. VOIGT c. tr. c. 6. §. 49. SENACH. p. o. c. I. §. 13. STAT. STADENS. c. I. v. noch Bürgen setzen mag. IUS LVBECK. III, I, I. v. So muß er bey Sonnenschein Bürgen stellen oder selbststen Bürgen werden, ibique MEVIVS

## §. XXVIII.

Multo magis itaque ab addictione libe-  
D 2 rum rem facile  
distrahendam cede-  
re nequit.

rum habeo eum, qui statim cessurus est rem illam, ex qua tot numi queunt redigi, quot ad nomina expedienda faciunt. Vnde, si quid uideo, adstante iure pronuntiarunt Scabini Lipsienses \*: *Vnd lässt sich der Glaubiger an der Übergebung und Anweisung des ausstehenden Erbgeldes, ob sich gleich desselben Entrichtung verziehen mögte, billig begnügen, hat auch darüber nicht fug, sich an des Schuldners Person solcher Schulden halber zu halten.*

\* ap. COLERV M C. tr. p. I. c. 6. nr. 130.

### §. XXIX.

*creditori,* Creditor, et ciuis et extraneus \*, ut sibi tradatur debitor, petere potest. Illud autem tacitus praeterire nequeo, quod IVRE GOTTHANO et ISENACENSI ciuis de debitore ad instar famuli alendo, nec offendendo, sed expunctis nominibus dimitendo cauere \*\*, extraneus uero, non solum eandem cautionem praestare, sed et in patria sua traditionem de-

debitoris ad manus creditoris usū receptam,  
uel saltem suum iudicem idem ius addicti ci-  
uibus in posterum dicturum esse, reuersalibus,  
quas uocant, exhibitis probare tenetur \*\*\*.

\* *F. S. Eisenach. P. Ordin. c. l. §. 9. F. S. Eisen. P. O. c. l. §. 15. F. S. Gotb. P. O. c. l. §. 9.*  
*c. l. §. 15.* \*\*\* *F. S. Eisen. und Gotb.*  
\*\* *F. S. Gotb. Pr. Ordin. P. O. c. l. §. 15.*

### §. XXX.

Sunt autem creditoris iura in personam  
et operas debitoris sibi addicti hodie plane alia  
atque fuerunt aetate prima (§. I. seq.) media-  
que (§. XIII. seq.). Absoluuntur enim pote-  
state eligendi uel operas uel uincula debitoris,  
quibus quotidie minuatur debitum.

### §. XXXI.

Nec tamen creditori licet, debitori sibi  
addicto cuiusuis generis labores imponere, sed *ut uel  
oper-  
ris praec-  
stitis*  
hoc tantum concessum est, ut operas, quas  
obligatus praestare didicit, ab eo exigat. Itaque

D 3

de-

debitor notarius agros colere, uel equos curare, itidem sartor fabrum ferrarium agere tenetur minime. Est enim ad instar famuli mercenarii.

\* Vnde, si quid uideo, *gemeinen Wesens, so billig vorgebt, nicht hinderlich ist, abverdienen möge, pronuntiatur iure meritoque.*  
ICTI lenenses ap. LYNCKE-RVM ref. 272. ita: *so ihm seiner condition nach anständig, und an dem Dienst des*

### §. XXXII.

*uel carceri sustento*  
Quodsi uero debitoris sibi addicti operis uti nolit creditor, potest eum uel ipse in compedibus otiosum detinere, uel carceri publico includi petere \*.

\* F. S. Eisenachische Proc. Gothaische Proc. Ordnung c. l. Ordnung c. l. §. 7. F. S. §. 7.

### §. XXXIII.

Respondeant autem operaे, ad quas praestandas, et uincula, ad quae sustinenda, obligatur debitor, huius robori et ualetudini, ut ne causam morbi, mortisue praebeant \*.

\* F. S.

\* F. S. Gothaische Proc. Eisenachische Proc. Ordnung  
Ordnung c. l. §. 9. F. S. c. l. §. 9.

### §. XXXIV.

In utroque casu creditor debitori, ad manus et uincula sibi tradito, (1) necessaria *alimenta*\* suppeditare tenetur. Quodsi facere detrectet, debitor, praestita cautione, iuratoria etiam \*\*, se aes alienum, si ad pinguiorem fortunam peruererit, dissoluturum esse, dimittitur \*\*\*.

\* F. S. Gotthaische Proc. O. bus propriis c. 9. nr. 31, p.  
c. l. §. 8. F. S. Eisen. P. O. m. 75. et ex eo ZEITLER  
c. l. §. 8. de carcere debitorum p. 32.  
\*\* Formulam iurisiurandi \*\*\* BERLICH p. II. conc.  
sistit HVS ANVS de homini- 28. nr. 64.

### §. XXXV.

Idem porro debet addicto, tam operas praestanti, quam compedibus detento\*, (2) iustam mercedem singulis diebus, mensibus et annis soluere, aut, ea deminui sortem, concedere. Iusta uero dicitur, quam iudex ex consilio pe-  
titorum in arte, a debitore exerceri solita \*\*,  
de-

determinauit, habita ratione temporis et loci,  
quo praestandae sunt operaे, siquidem operan-  
do minus hyeme, aestate plus \*\*\*, nec ubique  
eodem tempore idem\*, acquiritur.

\* BERLICH. c. l. nr. 70.      \*\* COLER c. l. c. IX. nr. 99.  
COLER proc. exec. p. I. c. VI.      \*\*\* IDEM c. l. nr. 39.  
nr. 140. et c. IX. nr. 40. et      \* GERDESIVS c. tr. in  
add. nr. 68. GERDESIVS tr. *Opusc. To. I.* p. 328.  
*de decoctoribus* §. 75.

### §. XXXVI.

*alioue  
soluat mo-  
do,*

Statim ac debita laboribus uel uinculis ex-  
tinxit, aut cessione bonorum, quae sibi post ad-  
ditionem hereditate alioue modo quaesita sunt,  
dissoluit\*, aut de reliquis per fideiuſſores uel pi-  
gnora cauit \*\*, priftinam libertatem recuperat  
debitor.

\* MEVIVS ad *Ius Lubec.* §. 13. F. S. Gotb. P. O. c. l.  
I, 3, I. nr. 160.      §. 13.

\*\* F. S. Eisen. P. O. c. l.

### §. XXXVII.

*prævia  
caufæ co-  
gnitione*

Vt ne debitor, se praecipitantia obrutum  
esse, tandem aliquando prætenderet, singularis  
pro-

procedendi ordo, hic nimirum, praescriptus est:  
 Vbi creditor literas supplices pro debitore ex-  
 cuso sibi ad manus tradendo obtulit, iudex po-  
 nit terminum, atque in eo debitorem \* ipsum \*\*  
 comparere, et creditorem de modo debitum dis-  
 soluendi certiorem reddere, itidem causas, cur  
 addictioni, quam intendit actor, nullus locus  
 dandus sit, laudare iubet; dein, disputatione su-  
 per *excusionis nondum factae* (§. XXIII.), se-  
 curitatis debiti per fideiussores aut pignora  
 praestitae uel adhuc praestandae (§. XXVII. seq.),  
 immunitatis ab addictione (§. XXIV. seq.), retor-  
 sionis (§. XXIX.), cautionis a creditore nondum  
 praestitae (§. eod.), infortunii (§. XXVI.),  
 aliisque exceptionibus instituta, penitus finita,  
 ab extraneis ICTis repetit sententiam \*\*\*.

\* F. S. Eisen. P. O. c. l. §. 3.  
 F. S. Gotb. Proc. O. c. l. §. 3.

VOIGT c. tr. c. VII. §. 8.

\*\* Debitorem de fuga su-  
 spectum arresto detinet,  
 fugituum uero literis ar-  
 restatoriis persequitur iu-

dex, sumtibus et periculo  
 creditoris, hoc petentis.

F. S. Eisen. Pr. O. c. l. §. 5. 6.

F. S. Gotb. P. O. c. l. §. 5. 6.

Schwartzb. P. O. c. l. §. 21.

\*\*\* F. S. Gotb. P. O. c. l. §. 4.

F. S. Eisen. P. O. c. l. §. 4.

§. XXXVIII.

## §. XXXVIII.

*addici-  
tur, simul-  
que*

Quae sententia \* neque suspensiō neque deuolutiō remedio a uiribus rei iudicatae suspenditur \*\*, praesertim si simul, quod requirit IUS SCHWARTZBURGICVM\*\*\*, tempus ad quod usque debitor creditori operas p̄aestare aut carcerem sustinere teneatur, exprimat.

\* Cuius formulam hanc nem Gefinde zu unterhalten fistunt MEVIUS ad Ius Lübeckense lib. 1. tit. 3. art. 1. nr. 116. HVSANVS de hominibus propriis c. IX. nr. 30. p. m. 74. POTGIESSER de statu seruorum lib. I. c. 1. §. 19. p. m. 22. et VOIGT c. tr. c. VI. §. 64. -- daß genannter Schuldner seiner Haft billig entlediget. (§. pr. not.\*\*) und dagegen seinem creditorn L. vor seine bekanntliche Schuld zum Pfand an die Hand überantwortet und geliefert wird, ibme L. gleich wie ein anderer Tagelöbner oder Gefinde zu arbeiten (§. XXXI.). Dagegen ist L. schuldig ihr, D. mit nothdürftiger Speifung, gleich sei-

täglich darzu zaneyß. Lübisch zum Tagelohn zu entrichten, oder an der Schuldsumme abzurechnen, bis so lang D. die gantze Schuld los und abgearbeitet haben wird (§. XXXIV.). Es steht auch L. frey, sonderlich, da er sich befahret, daß ihm D. entlaufen mögte, ihn ziemlicher massen in Hälden oder Fesseln zu spannen, doch sonst mit einer Peinigung oder Beleidigung an seinem Leibe oder Gesundheit mit nichts zu befechtern (§. XXXV.), quam citatione §. §. disp. nr. illustrauimus.

\*\* F. S.

\*\* F. S. Eisenachische P. O. \*\*\* Schwartzburgische P. O.

c. l. §. 5. F. S. Gothaische §. 21.

P. O. c. l. §. 5.

### §. XXXIX.

Germanica fides, et perfidiae vindicta,  
licet tanta non sit hodie, quanta fuit olim\*,  
tamen nondum euanuit, ut uel ex eo,  
quod debitor creditori suo rite traditus ho-  
noribus decorari nequeat \*\*, patebit cui-  
libet.

\* V. III. PRAESIDIS Ele-  
ment. I. German. lib. 1. §.  
495.

\*\* F. S. Eisen. Proc. Ordn.  
c. l. §. 12. F. S. Gotb. P. O.  
c. l. §. 12.

### §. XXXX.

Super decisione quaestionis: *Num he-  
res ob testatoris debita ad manus credito-  
ris tradi queat, nec in ferram contentio-  
nis reciprocant Dd. COLERVUS\* enim, eum  
addictioni, si qua statuto adprobata, sub-*

E 2

esse

An et  
qua-  
tenus he-  
res queat  
addici?

esse propterea statuit, quod statutum de persona principali loquens, ad huius heredem adipicari debeat; alii \*\* non nisi illum, qui hereditatem adiit cum beneficio inuentarii, ab addictione liberant. Evidem rationibus supra (§. XVI.) allatis nisus hic nihil aliud, atque in cambio et obstagio iuris est, ualere, sicque heredem non nisi illius debiti gratia, ad quod contrahendum cum testatore suo concurrit, ad manus et uincula creditoris tradendum esse, crederem.

\* Proc. exec. p. I. c. 10. KOEPPEN dec. 29. nr. 2.  
nr. 334. MEVIVS ad Ius Lubec. I, 3,

\*\* BERLICH. c. 1. nr. 21. I. nr. 53.

### §. XXXXI.

*Num traditio debitoris ad manus creditoris in terris Coburgensis ualeat usus?*

Illud denique notatu dignum iudico, quod traditio debitoris ad manus et uincula creditoris in terris Coburgensis, usu plane non obtineat. Ibi quidem *Ordinatio*

ER-

ERNESTI PII, qua probatur addictio, re-  
cepta est, tamen in processualibus tantum.  
Sic enim disposuerunt Serenissimi Coburgens-  
ses \*: - - nunmebro gnädigst resolviret ha-  
ben, nur ermelde Ernestinische Process-Ord-  
nung auch in Unserer Coburgischen Landes-  
Portion, und deren sowohl hohen Collegiis,  
als niedrigen Gerichten und Voigteyen DERGE-  
STALT einzuführen, DASS SOLCHE IN PRO-  
CESSVALIBVS FÜHROHIN ZVR RICHT-  
SCHNVR DIENEN, gleichwohl in denen dar-  
innen mit vorkommenden meritis causarum  
sive decisiōis, als z. E. - - - dem bieſiger  
Orten von Alters her üblichen gemeinen bür-  
gerlichen Rechten nachgegangen - - - wer-  
de. Hinc Illustre Regimen Coburgense in  
causa Ottonis contra Mullerum se-  
quentem in modum \*\*, - - Es hat auch im  
übri-

übrigen appellantens Suchen f. - - wegen  
der, allein auf das hier nicht eingeführte Sach-  
sen-Recht sich gründenden, und ad formalia  
processus keinesweges gehörigen Gebung des  
Schuldners an die Hand des Glaubigers,  
nach klarer Massgebung der Landes-Constitu-  
tion vom 16. Jun. 1741. nicht statt, non  
potuit non pronuntiare.

\* Const. de dato Coburg  
zur Ebrenburg d. 16. Jun.

\*\* d. 29. Jan. 1743.



**ULB Halle**  
005 360 803

3





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-169663-p0044-7

DFG



*P. 239* DISSE<sup>R</sup>TAT<sup>O</sup> IN AVGVRALIS IVRIDICA  
DE TRADITIONE DEBITORIS  
AD MANVS CREDITORIS *P. 28. num. 33.* 15  
*1746, 3*

VVLGO  
Von Gebung des Schuldner's an des  
Glaubigers Hand und Halffter

QVAM  
SVB PRAESIDIO  
IO. RVDOLPHI ENGA VII D.

IVRIVM P. P. O. CVRIAE PROVINCIALIS FACVLTATIS IVRIDICAE  
ET SCABINORVM COLLEGII ASSESSORIS  
PATRONI ET PRAECEPTORIS SVI PIE COLENDI

*P. 239* PRO GRADV DOCTVRAE

AD D. XXVI, MART. A. R. S. M DCC XXXXVI.

H. L. Q. C.  
ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIT  
AVCTOR

WILHELMVS ERNESTVS SONNESCHMID  
IVRIVM PRACTICVS.



IENAE LITTERIS SCHILLIANIS

